

cies, quæ maior vel verrucosa nomi-
nari potest, quam Petrus Coldeber-
gus pharmacopola Antuerpia ad me
pictum misit, & in epistola descripsit:
Corallium tale (inquit) habeo, ea qua
vides magnitudine, [*quatuor ferè palmo-
rum minorum, etsi partes duæ supremæ muti-
latæ sunt: latitudo in trunco picto, quæ nimi-
rum circumferentiæ dimidium ferè implet,
palmus ferè, ubi latissima est: colore roseo pro-
pè, hoc est, in albo modicè rubente.*] color
intus, ut in fracturis apparet, cinere-
us. Durities & pondus, Corallij rubri.
Parte infima rupi adhæsit. Superficies
tota lineis inæqualibus scatet, quæ in
huius picturæ ramo infimo tantum,
qui læuo spectantis lateri opponitur,
aliqua ex parte exprimuntur. Undiq;
etiam frequentes habet verrucas: ex
quibus nos pauculas expressimus: in
ijs stigmata quæ vides, pori sunt aper-
ti. Hæ verrucæ vesiculas, cum in mari
sunt habent, quas Congri fugunt. In
mari Hispanico piscatorum retibus